



kat.komp.

21337

III

Mag. St. Dr. P


Krotoska Ursula

Faventia Collagi Poznaniensis: Luna Sienta-  
votum pronuba

PANEG. et VITAE

Polon. Fel.

M 1198



# LVNA SIE NIA VIORVM PRONVBA

*Errantes stellas, inerrantiaq;  
Sidera cantu plausuq; ad fausta  
Omina, vota, appreicationes, & felices*

## VRGENS HYMENÆOS.

C V M  
ILLVSTRISSIMVS DOMINVS.

D. NICOLAVS  
SIE NIA W SKI

INCISOR REGNI, OPTATO SIBI SO.

CIARET CONIVGIO, ILLVSTREM VIRGINEM  
VRSVLAM KROTKOSKA  
FILIAM



ILLVSTRIS: DOMINI,

D. ANDREÆ  
KROTKOSKI  
CASTELLANI CALISSIENSIS.

INTERFVIT ASTRORVM CHORIS, NOBI-  
lissima, Collegij Posnaniensis SOCIETATIS IESV Iu-  
uentus, & exceptos cantus, ILLVSTRISSIMIS  
SPONSIS gratulata obtulit.

Anno à partu Virginis M. DC. XXIII.

24.337  
7

POSNANIAE, In Officina Ioannis Wolrabi.

IN ARMA SPONSI.



de la Bibliotheque  
d' HYACINTHE PRZYBYLSKI.

**F**Alceos aperit flexis dum cornibus ignes  
Luna, pars Lechico sidera plena globo.  
At dum KROTOSIIS accrescent cornua tredis,  
Quot soles, patrio, gignet, adulca polo?

NA LEWIĘ ICH M. PANOW SIENIAWSKICH.

**N**Apelniay o miesiąc promieniste rogi,  
KROTOSKIEC nowa swiątłosc obiecuią brogi.  
Łasnać mile luerzenká iuż się ukazuje,  
Ktorać słońce nie zgástej stany obieciue.  
Iesli z roba przy nowiu iasna gwiazda wschodzi,  
Ziebie w pełni słończa i swiątłosc się vrodzi.

IN STEMMA SPONSE.



**H**Orrea KR OTOSIÆ viduo flant condita sulco,  
His camen aethereo flauer in orbe ceres.  
Cynthia stellaros importat læta maniplos.  
Felix cui summo cardine sudat ager.

NA LESZCZYC ICH M. P.P. KROTONSKICH.

**N**LE prozen brogu stoß, chociaż nad zagony  
Nieżyczliwej Cerery zdaß się wystawiony.

Z niebą dobie kłosiły snopeczek przychodzi.

Keory, miesiąc perłowym okragiem obwodzi.  
Gwiazda z domu SLENAWSKICH kwapi się ku dobie,  
Trwajże wiecznie w niebieskiej y ziemskej ozdobie.

ILLVSTRISSIMO DOMINO  
D. NICOLAO  
SIENIAWSKI  
INCISORI REGNI.  
IOANNES PIGLOWSKI F.



OELVM tibi vir ILLVSTRISSIME, canit hymenæos. Tua Luna agente pronubam, errantum inerrantiumq; siderum illustres chori Tuo & illustris sponsæ fortunato adplaudunt connubio. Nec iniuria. Lunâ gaudere stirps SIE NIA V IÆ, felicitatis est: eiusdem auitas laudes memorandis in omne ævum facinoribus esse promeritum; Virens. Nunquam dubitauit orbis Sarmaticus, Lunas vestras tunc optatissimo constitisse cœlo, cum in SIE NIA V I I illustri globo nominis sunt locatae: Verum virtute Tua inter patria emicatae sidera, tanto Te illis dignorem censuit, quanto æquius vel si non maiorum partas fortitudine habuisses, poteras iudicari promeritus. Vedit Te prope labascens Patria, contra ferales barbarorum turmas, inuicto semper animo decertantem. Speculavit SERENISSIMVS PRINCEPS VLADISLAVS, dexteram illam auitæ non egêtem gloriae, & immortalitati cœloq; sacram, de tot Bystonicæ locustæ manipulis triumphantem. O robur illud Tuum SIE NIA V I fortissime! Ecquis enim post usurpatam lucis huius auram Tibi fortunatior inluxit dies quam quo inter potissimum Regis nosstri exercitum & numerosissimas Asiatici Tyranni gentes, & tot regnum castra, medius triumphator iuisti. Quod glorioius tot Heroum oculis spectaculum exhiberi poterat? quam quod Tua edebat virtus, dum hostium fortissimus tuapte obruncatis dexterâ, Lunas illas vexilli Turcici, ex barbaris victor referres; Tuis haud dubie addendas signis, nisi à maioribus accepisses: Vixisset vitam in diem illum, illum diem, Tibi Tuisq; glorioissimū Heros ILLVSTRISSIMVS Parens Tuus. Quan-  
tis (boni Cælices) incessisset latrissis, SIE NIA V I ORVM tropæis addita tot ornamenta gratatus. Vidisser ille in vultu Tuo, tot orbi Polono virtute Tuaredeuentes victories, quot, pro eres Vestri neminius cantatas posteris, patrauere. Agnouisset SIE NIA V I S, in SIE NIA V I O; NICOLAOS, in NICOLAO; Duces, in milite; aios in Nepote. In Te uno & fortissimo Fratre Tuo, se compendio, Palatino Rus-

nos Russiae, & Ductores exercituum NICOLAOS: invictos bello pro-  
pugnatores patriæ ALEXANDROS, RAPHAELES, in-  
numeraq; Gentis Vestrae ornementa vidisset. Quanquam & beatiore dona-  
tus Patria, cum spe illa Vestri nominis ( quid haeres, infelici lupato, lin-  
gua ) Fratre inquam Tuo ALEXANDRO, ( cuius funere nec  
Polona lacrymas Curia tenuit, nec Romana ) plaudit, Tu triumphans  
bono & post ram magna fortitudinis documēta Tuæ, maxima Reip. omina-  
tur. Et ne ger quisquam, cœlo dignissimam virtutem Tuam, Lunam thal-  
ameutriam, plaudentium canus siderum, iure promereri? Verum enim ue-  
rò non sagi maior quam togæ gloria, & Lunas Tuas, & Te exornauit.  
Taceri patior sapientie Tuæ illa oracula, quæ Germanicus, Gallicus, Ita-  
licus, est miraculus orbis; at Religionis Tuæ illustre iubar, impius sit qui  
torpescerei condemnat silentio. Quid enim? Ingressus es heres eos labe in-  
fecta oppida: Religione, duce ne an socia? Non ante illorum Dominus  
dici voluisti, quam Diuina Religion, pristinæ dignitati redditæ, ademptum  
sibi per nefas imperium, iure quamqui opimo adiunxit. Eas à Te Lunas  
feralis illa expectabat impietas, quibus nusquā maturos botros, vici sacra-  
ra produceret: verum iātos illarum est experta radios, quantos ab adulto  
sole vix formidare potuerat. Maturescit vineum illud à luce Tua, &  
pro borronibus, felici vindemiā, illos racemos parturier, quibus Campani  
palmites possint inuidere. Ministrant Tuo, vim cantam, animo, cœlo al-  
iiora sidera; HYACINTHVM opinor & KOSTKAM intel-  
ligis. Illorum enim cognata virtus, quantum robur Tibi in bello, contra  
hostes iuratos patriæ, tantas addet in toga vires, tot contra, Magni Nu-  
minis perduelles. Tametsi terris etiamnum nubescens splendor stirpis Tuæ  
tancus est, quantus inter principes Religionis soles, in cœlo hoc Sarmati-  
co possit accenseri. Quem enim præterit ILLVSTRISSIMÆ PA-  
RENTIS Tuæ, ille, sacris & cœlo deuotus animus. Illa in plebem in-  
digam munificentia? His tot actantis sideribus accedet æmula ILLV-  
STRISSIMÆ CONIVGIS Tuæ-virtus, ac pieras. Nouimus  
enim rniuersi quam Religioso ad sincera Religionis signa gressu cōtende-  
rit. Nouimus quantam viæ magistram ILLVSTRISSIMAM  
DOMINAM CASTELLANI MIEDZTRZESEN-  
SIS coniugem, & terni largitoris munificentia, habuerit, ut certa spes uni-  
uersos teneat, per Sponsam KROTOSIAM, perq; Sponsum SIE-  
NIAVIVM, ea virtutis quæ iam miramur symbola, æternis incremē,  
tis auctum iri. Tam fortunatis fæderibus ILLVSTRISSIME  
Domine gratatæ Musæ, tantis licet triumphis impares, summa voluntate  
Tibi Lunam tuam producunt. Illas Tu excipe sereno vultu, & TVIS  
TVORVM plaudentes elogijs, eo quo clim coluisti animo, recrea-  
tos velis.

B.

KRO-

KROTKIE RZECZT PRZEDSIE-  
wziętey zebranie.

DZIEWOSŁAB MIESIECZNT

Ná žadáne Wesele leº Mscí P. MIKOŁAJA SIENIAWSKIEGO, z  
ley M. Panna VR SZVLA KROFOSKA, wypisany, od Bla-  
cherney Młodzji Poznánskiego Collegium Societatis IESU. Rzeczy po-  
rzadkowi przypatrzyć się, y do pámieci podać.

MIKOŁAY SMOGLECKI.

N A P R Z O D.

Miesiąc (keory w Herbie dom Ich MM. PP. SIENIAWSKICH  
mości) przy porównaniu dnia y nocy, ná Nowiu blisko słońca się bá-  
wiac, o przeżacnym domu SIENIAWSKICH od słońca się wyniáduie.  
Tudzieś za roskazaniem słońca wschodzącego, rzecza ku zachodu rzucona,  
pułnocnym rogiem Polski zájawiły, obaczyna że się ná leº M. P. Kráy-  
czego Wesele ochronie goruia.

NATTCHMIAST.

Tecza iako gomiec niebieski wesola tē novinę Miesiącowi opowie-  
dżiawsy, slame Cnoe wielkich ley Mscí Panny VR SZVLE KRO-  
FOSKIET, śpiewa, keore ona w niezwyčejonym, w wierze Kátholickiej  
Rzymskiej animusie osoblimie pokazała. Wy słuchać noviny. L. V-  
KASZ MIELZ TNSKI.

Miesiąc vciešony, chcąc z Planetami wesela dopomoc, śpiewa przeżacne  
dzieła l. M. P. Kráyczego, przecim nieprzyjaciolom koronnym. Co opisał.  
IAN NOWODWORSKI

Śpiewać poczynając krotkoświeinu Mercurius, lamentuje ná przedka  
śmierć l. M. P. ALEXANDRA SIENIAWSKIEGO, kro-  
rego zeszicia nagrodę w milego Brátá potomstwie obiecuie. Lamentować  
z nim. WLADYSLAW CZARNKOWSKI.  
Inerzenka perłowa rostaczajęca róty, wielka świątiość domu Sieniawskiego  
w leº M. P. PROKOPIE Sieniawskiem, yiego Rodzonym l. M. P.  
Kráyczym opowiada. Pomaga iey. WLADISLAW RO-  
ZRZEWSKI.

Słońce od Miesiąca wezwane, leº M. P. HIERONYMA Sie-  
niawskiego Podezászegó koronnego, w zacnym potomstwie po śmierci świe-  
cacego, myslavia. Śpiewa z nim PIOTR GRUDZINSKI.

Mars ponowionemu mestwu się dźiwie, iakie niegdy widział w leº M.  
P. MIKOŁAIV Sieniawskiem, Woiewodzie Ruskim, przecim  
żagonom y Hordom Tatarskiem bojującym: Tryumphue z nim l. AN-  
OPALINSKI.

Jupiter nieprzyjaciolom koronnym grozi madrym á walecznym sercem  
nieustan-

nieustalym w domu Sieniawskich po Ie<sup>o</sup> M. P. MIKOŁAJU SIE-  
NIAWSKiem, Kástellanie Kámianieckiem Hetmánie polnym.  
Piániego wypráwiaie ANDZEY GRUDZINSKI.

Sáturnaus, winssuie nie ugástej milóšci przeciw Oyczynie w domu Sie-  
niawskich, iákiey sę w poromstwie iego spodziewa, y iáka slawi w Ie<sup>o</sup> M.  
P. HIERONYMIE Sieniawskiem Woiwodzie Ruskim. Winssuie  
z nim STANISLAW GEMBART.

### Z NOWV.

Miesiąc znákow Niebieskich zaprasza do tańca. Podsłuchał pieśni  
iego tenże co y pierwsy.

Kwora wzbudzone znáki, ochery sobie dodawsy, slawę nieśmiertelną  
domu Sieniawskich, y Kratoskich, szesztym matzeństwem nowo  
połączonych ósmiadzaią, winssowaniem poprzedzinsy. Znák Bárana,  
Bogaciwa. Znák Wolu, Vrodziale; Znák Blíźniakow, pożadana z potom-  
stwa poćiechę obiecuis. Tańce ich wypráwia. MIKOŁAY OBIE-  
ZIERSKI, WOYCIECH ZOPATECKI, PIOTR STAR-  
KOWIECKI.

Znák Ráká nie wsteczną slawę; Lew, serce rycerskie wystawia. Pán-  
na, do Iey M. Panny KRÓTOSKIĘ Oyczystego brogu, gwiaz-  
dami świecny swoy klos oślariue, znaczący Macierzyńskie á swiatobliwe  
ćwiczenie, y wychowanie, w przezaczym domu, y opiece Iey M. Pánnej  
ZOPHIE CZARNKOWSKIEJ Kástellanki. Miedzy-  
rzeckiey. To obwieściżają, IAN ŁACKI, IAKUB KOLACZKOWSKI.

Miasto Wag, Panny znak sprawiedliwość y Cnoje w obu tych domach  
zdawná mieszkajaca chivali. Niedźwiadek na zazdrośnie żacemu Mat-  
zeństwu serca sie stroży: Serzelec, zámse żmycieżne oręza domow Sieniá-  
wskich wynosi. Toż z nimi myslawią STANISLAW SZOLDRSKI,  
MACIEY CIELECKI, STANISLAW KOSZUTSKI.

Kozorożec fortunnego powodzenia życzy. Wodnik niezstárzaty, dlu-  
mierzna sedzimosc prorokuje. Ryby, eylkow Niebie nie zaniemiata, Ta-  
niec skoki wesołemi końca. Co oswiadczają MACIEY ORZELSKI,  
ANDZEY MALACHOWSKI, IAN WILCZYNSKI.

LVNA SIE NIA VIORVM  
P R O N V B A.

SVB librę æquinoctium Luna in eadem cum sole parte cœli (ut Neomenia consuevit) morata, in ortu primo pro SIENIA VIORVM gloriā, sibi sacrā, solicita, de ILLVSTRISSIMO NICOLA O, à sole edoceri petit. Ille matutinam Irīdem expedit. Quæ Lechiam dimensa oculis, Vie leni tecta, Famā duce subit, & Illustrem SPONSAM VRSVLAM KROTKA SIENIA VIO pompa celebri in manum cōuenturam intelligit. Redit, felicē de SPONSÆ elogis apportans nuntium; quo Phœbe exiliens, sex Plānetas reliquos, suo ad plausum inuitat ordine. Hi ad Vie leni delapsi Pergama, Procerum è stirpe SIENIA VIA Heroicè facta bello paceque, memerant, eadē rediuiua in SPONSO & Illustri eius Fratre, PROCOPIO agnoscunt, in Illustr. SPONSORVM posteris, ominantur. Verū eo Luna plausu haud contenta, duodecim Zodiaci sidera ad cantus excitat; neque illa abnuunt. Vocem enim humana augustiorem æthereis imaginibus (etiam à piscium progressis stirpe) fides Poëtarum attribuit. Ergo bissenæ è signifero icones Astræa pro Libra canente, per Vie leni disposita mænia bene ominatos cantus moliuntur.

VATES.

# V A T E S.



Hœben Sarmaticam, formidatumq; Tyranno  
Phosphoron Odrysio, Lechici rutilantia cœli  
Sidera, supremi nec cardinis indiga; terris  
Dicere, plena Deo mens, æstuat. Vnde voletis  
Ire, Leliuarum, prægnantia facta, triumphis?  
Fusane, Bistoniæ, feralia cornua, Lunæ,  
Et Geticas referam yestro Mauorte phalangas?  
Totne tropœa canam, vestris quot maxima palmis  
Russiacæ cinxere domus? quot spectat & Ister,  
Et timet haud fidus fraterno Guttalus orbi?

Non faciam, tantos haud dum mihi liuida spondet  
Diua toros, nec fas Bellonæ prælia vestræ  
Imparibus cecinisse modis, vix Mantua possit  
Imprægnare tubis, Lechicæ caua cornua Phœbes.  
Tempus erit (sic Diua Themis, sic spondet Apollo)  
Cum per SIENIAVIAM non vano pectine LVNAM,  
Deferar, & Lechici cristatos sideris ignes,  
Æternaturi desigam cardinis orbe.

At nunc dum galeas myrtus depellit ab alto  
Vertice, dum lœtis KROTOSEA pegmata feruent  
Ominibus, dum SIENIAVIO dat SPONSAS fidelem  
Expectata manum, cedant turgentia bellis  
Fulmina, fiderei properent plausumque coloni.

Tu tu SIENIAVIÆ iubar o prænobile gentis,  
Thesmophoras acies, tædâ cum principe, nostro  
Induc Luna solo, non se se turba sororum.  
Inferat Aonidum, cœlum cœlestia fundat  
Agmina, Phœbeos obeunt quæ sidera currus,  
Huc properent, addant se se tot clara triumphis  
Pectora SIENIAVIÆ stirpis, quæ Martia virtus  
Intulit, astrigeri, tectis rutilantibus, axis.

Tiran fideream radiis umbrabat aristam,  
Libratâ citimas collustrans lampade chelas,  
Cum vagâ, signiferi bissenos mensa labores  
Phœbe, fraternos subiit gratissima vultus,  
Ereptamque solo faciem monstrauit Olympo.  
Ibant æquato currus temone, rubentis  
Donec Tithoni ventum sub limina, cuius

C

Pegmate

Pegmate sub rosco, recreatus nectare Titan,  
Extulit os sacrum terris, caræque sorori  
Monstrauit Lechico parentia regna Dynastæ,  
Exilij Lechiæ vîtrici nomine vernans  
Cynthia, proq[ue] suo metuentes sidere curas,  
Sidere, SIENIA VIO quod credit ardua cœlo,  
Expedit, & cara poscit de gente doceri.  
At Titan roseis induitam nubibus Irim  
Ire iubet, quo SIENIA VIVS stet cardine, præpes  
Vt referat, curasque suas, leuet, atque sororis.  
Illa volat, Lechiæ volucr i dimensa Triones  
Tramite, virgineos vultus induta, VIEL ENI  
Pergama, SIENIA VIV M quæis præceps Fama morari  
Admonuit, lustrat. Mox quæ Nymphæ virago  
KRO TOSIA de gente colit, petit abdita, spectat  
Omnia, cum lato cernit rumore per ædem  
Omina sponsorum recini, videt ipsa nitenti  
Ore Nuram, quam sacra sibi per fœdera; SPONSAM,  
SIENIA VIVS voluit. Volucr perit ergolabore  
Sidera; non solito portans noua gaudia plausu.

## IRIS.

### ILLVSTR: SPONSÆ ELOGIA MEMORAT.



Cquid reductis Cynthia cornibus  
Erepta terris lumina, sarmatum  
Subducis orbi, candidatas  
Quin reperis pudibunda malas?  
Gemmata nunc, nunc, ora, Trionibus  
Ostende vîtrix. Quid socios iuuat  
Vrsisse Titani iugales?  
Flecte tuos animosa currus.  
Vrgent triumphos SIENIA VIÆ faces,  
Et auspicato fœdere, iungitur  
KRO TOSIAÆ stirpis virago,  
SIENIA VIÆ, sine nocte, Lunæ.  
Vidi, VIEL ENI marmoreis nitent  
Quâ tecta crustis, ferueat vt NOVÆ  
Talassio NVPTÆ, iugales  
Dum properat pia turba tædas,

Hic

Hic SPONS A, qualem Pallada, Trinacris  
Conspexit olim, connubio sui  
Iungenda SPONSI, muricato  
Ore queat superare conchas.  
At purpurato murice pectora  
Magis rubescunt, quæ bibulis queant  
Certare lanis, bullienti  
Quas saturat Tyros alta succo.  
Gemmata, virtus, usque monilia  
Candore vincit, fert adamantinum  
Durata pectus, contumacis  
Nil metuens rabiem Pelori.  
Virago felix, incoquit abdita  
Virtute cuius pectora, candidi  
Decus pudoris, liliatos  
Cui nec hyems negat ipsa cirros.  
Huius triumphis Cynthia gemmeos  
Adiunge currus, STENIA VII nitens  
Phœbe, laborat pertinaces  
Inuidæ superare noctes.  
Tu tu ministra lampada, dum pari  
Virtute SPONSUS SPONSAq; fædere  
Iunguntur æterno, cruentum  
Liuor edax reprimat furorem.

## V A T E S.

**D**Alia puniceo Thaumantias edidit ore,  
Transq; Notum volucri concessit didita gyro,  
Interea Phœbe ( nec enim fas tanta morari  
Gaudia ) præcipites biiugis adducit habenas,  
Et per signiferum conuerso, frena, lupato,  
Laxat, ab æthereis errantes sedibus ignes  
Ut cieat, tædæq; vicem dent sidera, sacras  
Turbinet astrigero quo cardine turba fauillas.  
Ergo verecundo malas perfusa pudore  
Gemmatos aperit non latis cornibus ignes,  
Exiliq; cornâ tenebras rarescere mandat.  
Mox præit in plausus, & senos orbibus orbes  
Implicitos ( ut fama canit ) ductare choreas  
Inuitat, cantuq; polos ad gaudia poscit.

L V N A.  
ILLVSTRISSIMI DOMINI  
NICOLA I SIE NI A W.  
SKI INCISORIS REGNI, NEOSPON,  
SI, PRÆCLARA FACINORA attingit.

**N**ON me Thessalicis orgia flexibus  
Cogunt sidereos linquere cardines,  
Haud nos æra Corinthi  
Primo restituunt globo.  
Maius, maius adest, sidera quod iubet  
Linqui, Sarmaticas quod volucri, plagas,  
Pennâ mandat adiri,  
Et KROTO SIACAS domus.  
Princeps sidereæ gloria Cynthiæ,  
Mutari Lechicis sidera finibus  
Suadet, Tæda S I E N I A V I  
Poscit thesmophoram manum.  
Hic est ille, facem cuius ad arduam,  
Demiserè vagæ, cornua, Cynthiæ,  
Quas funesta Tyranni  
Gessit Threicii phalanx.  
Risit coccineis littoribus Tyras  
Spectans terga feri pallida Bistonis  
Ac plaudente recessit,  
In fontem patrium, gradu.  
Et nunc per viduas Bistonidum domus  
Cantatur rigidi dextera Sarmatæ  
Mauortemq; Polonum  
Damnant Threiciæ nurus.  
Ignoti memorant prælia Principis,  
Cuius cum gen'no, Cynthia, sidere  
Hæsit picta sinistræ,  
Ornans tegmina, Martiæ.  
Hic iam pro a, a, serta, virentibus,  
(Audi liuoredax, & rabiem preme)  
Poscit, picta corymbis,  
Et SPONSÆ sacra fædera,

Vos

Vos ô stelligerâ cum face principes,  
His iunxisse iuuat gaudia gaudiis,  
Vtstellata choreas  
Cum S P O N S O properet domus.  
Heroum subeant sidera iam viam,  
Qui de S I E N I A V I A stirpe, potentibus  
Calcant æthera plantis  
Inter cœligenas Duces,

## V A T E S.



ÆC Phoebe. Rumore nouo cum tecta, nitentis,  
Alta, domus, properant haud suetis ire triūphis,  
Per iuga Taygeti per inhospita regna Syenes,  
Per nemus Idæum, sic quondam læta suaves  
Instaurat Dictynna choros, sic Martia, pressis,  
Affaraci soboles, mæandris, ibat, auita  
Gargara pace colens, niueis ac Illion armis.  
Princeps multifidis subito Cyllenius alis  
Lunæ signa petit, dextra caducifer anguis,  
Vertice stat petasus, Iunonia tergore pluma.  
Non secus ac niueæ sulcant dum stagna Caystræ  
Cygnorum turmæ, responsurosque laceſſunt  
Riparum nemorumq; ſinus, ſic præpes Atlantis  
Læta gemensque ſimul proles, myrteta cupressis  
Adſociat, iunguntur, Hymen leſſusque, canenti.

## M E R C V R I V S.

### PRO ILLVSTRI DOMINO ALEXANDRO SIE-

NIAWSKI FRATRE NEOSPONSI  
(heu ſublato) Religionieius gratatur,

Sieniawski (quid mœſta cano dum læta petūtur?)  
Sieniawski (rumpe nœnias  
Pectus amore dolens)  
Sieniawski cecidit, cuius, ſtupuere Quirites  
Tibrisque, pectus gemmeum,  
Virgineumque caput.

D

Fallor

Fallor, non tristi conduntur pignora busto,  
Cuius, supremas cœlitum,  
Mens tenet alta, domus.  
Regnat Alexander, non interitura Gradiuo  
Et sceptra gestat, Numinis  
Quæ dedit ipsa manus.  
Hic CONSANGVINEA lætus VIRTUTE, triumphat  
KOST CÆ tropæis, proximam  
Das HTACIN TH E manum,  
Hic à sidereis domibus, tua SPONSE tropæa  
Spectat, fatigas Hæresim  
Illiū vsque prece.  
Entheat ille tuum sublimi robore pectus,  
Æterna fratri proœmia,  
Post sua fata parans.  
Non illum nox atra suis mersisse tenebris  
Est ausa, cuius gloriam  
Nouit vterque dies.  
Lucem perpetuus subiit, radiosque perennis  
Phœbi beatus incolit,  
Sole stupente facem.  
Sic quondam nitido lampas Cyllenia Phœbo,  
Perurget ignem; subdita  
Funera nec metuit.  
Ergo Fraternis garde NOVE S P O N S E triumphis,  
Perurget illegaudia,  
Plaudit & ille tibi.  
Tempus erit fausto cum natos omine cernet,  
Suæ nepotes gloriæ  
Nominis atque sui.  
Sic Phœbe niueos dum velat candida terris  
Vultus, supremis cœlitum  
Emicat alta plagis.

## V A T E S.

**A**lia vota canens soboles Atlantia, cœlo,  
Æthera per liquidum, præcepis descendit, & inter  
Gentes Sauromatum noti sibi tecta VIEL ENI  
Ingreditur, summoque super stans culmine, cantus  
Apparat, è cœlo socias dum sidera voces.

Addanc

Addant Mercurii releuent plausuq; labores.  
Cynthia facundi vietrix iam læta sodalis,  
Phosphoron, in citimo gemini quem cardine cygni,  
Puniceique ferunt Phœbeo tramite currus,  
Aggreditur, cantusque petit. Nunc Phosphore, picti  
Ipsa reloricet Coryti fibula dentem,  
KROTO SIOS, inquit, cœcā sine fraude penates  
Purus ini, roseo spargas ut nectare SPONSOS.  
Mecum SIENIA VIÆ decorastu stemmata gentis,  
Innixus vacuæ reples dum cornua Phœbes,  
Mecum sidereas thalamis inducere tædas  
Incipe, Mercurius iam gaudia voce lacefit.  
Non surdâ tantos hic combibit aure triumphos,  
Strymoniamque ciens per vitrea pegg mata bigam,  
Lætus ad insolitos vrget vaga sidera plausus.

## PHOSPHORVS.

CVM ILLVSTRISSIMO DOMINO,

D. PROCOPIO SIE.  
NIAWSKI GERMANO NEOSPON.  
si, eius FELICITATI adplaudit,

**R**Osei fauete currus,  
Nitidæ fauete bigæ,  
Redeunte noxque Phœbo,  
Lechicum relinquat orbem,  
Tollatque facram,  
Lux alma facem.  
NOVA SPONSA candidatas  
Sine nocte ducat horas,  
Niueosque SPONSVS annos  
Lechico sub axe viuat,  
Noctes, patriæ  
Virtute premens.  
Redit, orbe cùm reducto,  
Hyperionis quadriga,  
Præeat dum nitescens  
Sine nocte fax Sieniaui  
Addat Procopi  
Lux alma diem.

D 2

Fugien.

Fugiente, dum rubescens,  
Petit, orbe, Phœbus æquor,  
Patrij decus nitoris  
Pauidas triumphet ymbras,  
Et sit Procopi  
Pro sole nitor.  
Geminæ vigete Lunæ  
Gemini vigete soles,  
Tenebras, nigramque noctem,  
Lechico fugate mundo,  
Ac Bistonios  
Vmbrate dies.  
Gelidi rigent Triones,  
Calidas ciete flamas,  
Metuant vt æstuantem  
Hyemes facem; iubete  
Cessisse niues  
Cessisse gelu,  
Rigidum gelu Polonos  
Scythici perurit axis,  
Getico niues ab orbe,  
Miserum Tyram laceſſunt,  
Vos vos geminum  
Vibrate diem.  
NOVE SPONSE sic Nepotum  
Tibi det videre Natos,  
Nitidi Toparcha mundi,  
Radii diem paterni,  
Qui, iam Procopi  
Splendore fouet.

## V A T E S:

**D**ixerat, & notos, SPONSI cum sidere, postes  
Lætus inire petit, socium complexa Dianæ  
Cornua SIENIAVIÆ ducūt excelsa VIELENI  
Tecta sub, & paribus, soboles Atlantis Eoo,  
Stat deposita toris. Nimirum, sidera formas  
Cum posuere suas, vultus induita minores,  
Humanis etiam norunt accumbere mensis.  
Dictynnam, maior, tristi sub pectore, cura  
Sollicitat,

Sollicitat, Fratrisne iubar, post phosphoron, igni  
Addat SIENIA VIO, sibi num pudibunda minorem,  
Det sine fratre, diem : senserunt conscientia Phœbi  
Lumina, sollicitam fratris pro lampade Phœben.  
Ergo quantumuis alios iam viseret ignes,  
Solatur, spondetque suos in gaudia plausus.

## S O L.

### ILLVSTRISSIMI DOMINI, D. HIERONYMI SIE- NIAWSKI POCILLATORIS REGNI Parentis Illustris. Neosponsi, VIRTUTEM HEROICAM prædicat.



TE quadrigæ per inhospitalem  
Hesperimundum, videat nitentem  
Phosphori, Phœbum, domus, & Triorum  
Frigida tellus.

It e per siccas Libyes arenas.  
Audiat nostros ut vterque mundus  
Ilicet cantus, sociosque plausus  
Addat vterque.

Magna SIENIA V isoboles, cupitam  
Turbinat tædam, iuuat axe summo  
Arduas terris sociare flamas,

It e iugales,  
Cynthiæ vultus decorant Sieniaui  
Inclytam gentem, micat inter ignes,  
Phosphorus, lunæ, gemino triumphant  
Sidere Lechi.

Æquius nostri decor altus orbis  
Emicans, caros superis Toparchas  
Ornet, ut Phœbi niteat, Polono  
Cardine, lampas.

Vidimus, crudo, vaga dum Tyrannis  
Russiam ferro populata, sedes  
Posceret coecas, valido repressa

Marte SIENIA VI.

Vidimus tabo rubuisse cirros

E.

Flumi-

Fluminum, ripis refugosque fluctus  
Cœca, dum Lechus, Scythiae propinat  
Funera, Mauors.

Ille SOL vestri Lechidæ Trionis,  
Occidit, lugent pia Sarmatarum  
Regna, cœu nostro doluere quondam  
Pœones æstu.  
Russiæ mœstigemūere fines,  
Obruit tantum, fera, dum furenti,  
Mors, virum letho, duce quo Gelonus  
Palluit audax.

Mitte sed mœstos pia turba questus  
Occidit magnum tibi Leche vindex,  
At cœt Martem soboles, paternæ  
Æmula laudis.

Quin, nous, seros patriæ nepotes  
Spondet en SPONSVS, Scythiae furentem  
Qui premanit turbam, rabidosque, sacrâ  
Luce, molosso,

## V A T E S.

**S**ic ait, & rutilo flammescens vertice fertum,  
Heliadum, sacri, multa quodluce, labores  
Pingere consuérant, tollit, latusque VIELENI,  
Per crystalla vibrat, mirantur Pergama solis  
Non sibi conspectos tam fausto lumine vultus,  
At radius gyro nunc pictæ stemmata lunæ,  
Sidera nunc lambit, donec vicinus Eoo  
Constitit, ut SPONSI sacra per connubia frontem  
Induat, æthereos ac crinibus afflet honores.

Fœlix SIENIA VIÆ stirpis decus. Alta laborant  
Cuius in obsequium felici sidera nisu  
Nusquam nocturnas metuit tua luna tenebras  
Eclypsim latura Getis, dum sole recenti  
Semper ouans, patriæ semper viret æmula dextræ.  
Non mendax Phœbe, nec inania sidera, vestro,  
Pirithoi delusa manu, stant digmate, virtus  
Quæ tulit, & Soles vos quæ iubet esse Polonos.

Quid memorem quantis Phœbe pudibunda triūphis  
Exiliit, Phœbi dum summo lampas ab axe

Addidit

Addidit æthereos, ad myrtlea serta, corymbos.  
Non labor est alias cœlo deducere tædas  
Dum Phœbi lux alma præit. Iam Martia cantus  
Dat tuba. Iam, Lipares, ductus, fornacibus, vmbro  
Tollitur, Heroum, Sponsi de stirpe, triumphos  
Qui gerat, ac SPONSI lauros indutus, amicos  
Spondet Gradiuo tali de gente Nepotes.  
Hunc vix Nymphæ postes cepere, triumphans  
Cum Mauors, rudibus ciet orgia bellica plantis.

## M A R S.

ILLVSTRISSIMI DOMINI  
**NIKOLAI SIENIAW-**  
SKI PALATINI RVSSIÆ, TRIVMPHA-  
toris Scythiae, FORTITUDINEM laudat, & omi-  
natur in Sponso.

**N**ecita vultus Cynthiæ sacros, furit  
Ecquid Tyrannis Bistonum? frustra canes  
Mittit Gelonus, saltibus qui Lechiciæ  
Damas odorâ nare venentur, fouet  
Suos Diana Sarmatas  
Specta molosse Deliam, cœlo micat  
Quæ fixa nostro, cerne sidus Lechici  
Nitens Trionis, emicat SIENIA VII  
Quo Nicolai scæua, iam iam barbaris.  
Premes orexim dentibus;  
Dictynna seruat Lechidas, nanc Thraciæ  
Audite gentes, fulminantem Martius  
SIENIA WSKI tollit dexteram, nunc nūc Geta  
Vrge pharetram, præsta vmbonem Lecho,  
Vicirix Palatini manus.  
Felix triumpha Russe, dum vindex tuus  
Vibrat sariſsam, quercus, in forcem, rigens  
Assurgit hastam, Pœonum frustra roges  
Ferale robur, gezæ frustra Gallicis  
Intorta dextris. Hic queat  
Certate vi et or Hectori, quin supparem  
Amphitryonis filio, subdat polis

Heros lacertum, luna non villo petæ  
Atlante ferri dignius, sensit viri  
Periura, robur, Dacia,  
Sensere Thrases, siue fraterno comes  
Iret labori, filios seu barbarâ  
A strage victor, ceu leones patriæ  
Inueste vultu, proximos laudis daret,  
Norant Lechitæ Principem  
Sui Gradiui, nouit & te Sarmata  
Quemcunque potat Vandalus, quem Guttalo  
Vicina spectat gleba, quem fluit lauit  
Tyras cruento: Vana non præfers potens  
**O NICOLAE Nomina.**  
Virtute viuit in tua, rursum redux  
**O SPONSE** Ductor ille, cuius gloriam  
Vterque Phœbus prædicat. verna Lecho  
Mauorte victor, Cynthiam, dum siderum  
Æterna, spectat, regia,  
Vmbone nostro pingitur, quicquid meo,  
Heroes, ausu, stirpe de vestrâ, truces  
Contra Gelonos vsque tentant, hæc tuis  
Vestita palmis, pars micat: seram manet  
Sed hæc tuorum gloriam,

## V A T E S.

Sthæc fulmineus ferrato carmine Mauors,  
Accinit, & notis sese coniungit amicus  
Sideribus, Nymphæa nouū venerata tremisct  
Sidus, & indomiti mirantur pectoris arma.  
Huic septemgeminus thorax immane rubescit,  
Mutifidis stat crista lophis, fatalia cingunt  
Arma latus, tristi, rigidos, imbuta cruore  
Vestit lana, toros, oculis furor emicat ardens  
Quanquam Bellorum studium deponere tentet.  
Iuppiter & Chronius visi super esse Dianæ,  
Quos ad SIE NIA VIOS exciret læta triumphos.  
Ergo volat, magnique Iouis rutilantia poscit  
Lumina, sidereo desint ne sola labori.  
Æthereo socius nec Iuppiter ire triumpho  
Abnuit, & bigis immittit frena, nitentes

Dente

Dente sub, indomitum mandunt adamanta iugales.  
Sic Regale tumens Hymenæis iungit amicos  
Cum plausu cantus, ac talibus excitat auras.

I V P I T E R.  
ILLVSTRISMI DOMINI  
**N I C O L A I S I E N I A W**  
SKI CASTELLANI CAMEN ECENSIS  
Campoque Ductoris PRUDENS RÖBVR in Neo-  
sponso agnoscit.

**N**unquam Getici fulmina nerui  
Tenent Lechiças impune nurus.  
Nunquam nigris fraus cœca dolis  
Audet Regum pressisse toros,  
Dam SIENIA VIÆ Dictynna domus,  
Contraque Getas arma ministrat,  
Contraque dolos. Nouit rigido  
Nata Gradiuo Russia, trepidos,  
Quanto reprimant Vmbone, Getas,  
Quos SIENIA VIÆ lux alma facis,  
Haud extincto splendore beat,  
Nōrunt Lechici tecta senâcli  
Quantos æqui jurisque Patres,  
Dant SIENIA VII sidera cœli.  
Sensit, sensit Lechis alma, virum  
Quem Cameræci mœnia semper  
Hyperaspitem videre suum.  
Hic præcipites Scythiae flamas,  
Hic Dacorūm ferale iubar,  
Potis in domitâ pressisse manu.  
Nec dura, sagô, prælia tantum  
Miscere potens, nec Bellonæ  
Tantum, rigidos, præire, choros  
Potuit, potuit cum paciferâ  
Lætus choreas ductare Deâ,  
Et pro galeâ, vernante, caput  
Cingere niueum suctus, oliuâ.  
Hic, SPONSE tuâ virtute, redux

F

Et

Et nunc Lechicas recreat oras,  
Dum toga, Martis coniuncta sago,  
In te, socio fædere, iungit  
Vnâ pacis belliique vices.  
Vidit sapiens Gallia quanto  
Te consilio fortuna beet,  
Vidit refugis Thrax ferus armis  
Quantum duro Mauorte queas.  
Felix, felix cuius, sapiens  
Pallas niueo pectora succo  
Imbuit, acri Mauorsque manu,  
In sua retulit castra volentem.

## V A T E S.

**D**Ixit, & ad læti gressum subsellia Martis  
Ursit, sublimi Princeps mox fultus in ostro,  
Lustrat SPONSORVM pictos de gente Toparchas  
Parietibus, multos Lechici patrita Senatus  
(Olim qualis erat) decorat toga, Martia multos.  
Arma fouet, vincosq; Duces fractosq; Tyran-

(nos)

His subdit fortuna fauens. Hi calce Gelonos,  
Hi Dacas mucrone premunt, his subditur Ister,  
His æterna, Lecho figuntur in orbe, Tropæa.  
Ultimus ætherco labor urget in orbe Dianam  
Si quâ non volucres Saturni, fraude, iugales  
Flectat in obsequium, sed nondum proxima currunt  
Fixerat ad tardam Saturni lampada, primus  
Cum non speratos Chronius decantat honores.

## C H R O N I V S.

ILLVSTRISSIMI DOMINI,

D. H I E R O N Y M I SIE-

NIAWSKI PALATINI RVSSIÆ, REI-  
PVB. AMOREM in Nepote Sponso re-  
ducem extollit.

Quo.



Vox stas cunque polo Fama, volucribus,  
Fortes, remigijs vise Lechum domos,  
Ac ad SIE NIA VII foedera, dexteræ  
Imprægna liuos tuæ.  
Nostri ceu Tritauos æquet honoribus,  
Quos ad Russiacos Lechia cardines  
Spectauit, Patriæ Sarmata quos Patres  
Inuictos coluit suæ.  
Sunt quos Pannonicis eruta de iugis  
Dicant flammiuomo torque monilia,  
Quéis Tartessiaci Vorticis aurci  
Fluctus esuriem ciente.  
Sunt quos barbarico stamine didita  
Stultos Chlæna beat, conchaque gemmæ  
Gangis littoribus vecta, per æqua  
Quam fert Lysiadum ratis.  
Virtus SIE NIA VIAM sola beat domum  
Pectus pro patria nec timidum mori,  
Temnit gemmiferi pondera fluminis,  
Et gemmata Monilia.  
Frustra fert Trabeam, murice quam Tyros  
Fucat purpureo, liuidus exedit  
Cui fibras animus, cui animum fero  
Liuor lancinat impete.  
At quos Sieniauii Cynthia nominis  
Collustrat radio, nil tenebras trucis  
Horrent inuidiæ, patria, patria  
Mentis stat penetralibus.  
Talem nunc etiam Sarmatico vide  
Sponsum Fama solo, læta per Hesperi  
Eoique domus, magnaniinos viri  
Ausus perpetua tubis.  
Nôrunt & Lybies regna, rigentibus  
Et subiecta polis barbaries, viget  
Quantus Sarmatico cardine patriæ  
Vernans SIE NIA VIIS amor.  
Attu post tritauum post atatum faces  
Cantatas Chronio, SPONSE perennibus,  
Inuictam, studiis excole, Patriam,  
Dum falces Chronii sinunt.

## V A T E S.

**S**aturni gelidos haud pigro Cynthia saltu  
Insequitur cantus, cantu plausumque perurget.  
Ergo KROTOSIÆ, volucrì, Nymphæa, volatu,  
Ardet inire, domus, summi mox vertice teeti  
Consistens, senos Errorum spectat honores.  
Visa parum studijs tot sidera lœta Dianæ,  
Et nisi bisseni summo de cardine vultus  
Dent socios, in lœta, choros, sibi gaudia. Phœbum  
Testatur, noctemque polo minicatur & astris.  
Protinus haud pigris inuecta iugalibus, ignes  
Signiferi, Phœbe, tantis hortatibus urget.

## L V N A.

ÆTERNATVRAM HEROVVM DE GENTE  
SIENIAVIA GLORIAM inter astra canit.



Isseni Proceres, polo  
Princeps quos colit orbita,  
Lampas quos vaga Cynthii  
Lampas quos vaga Cynthiæ  
Temone lustrat præpeti  
Lucisque sacræ  
Splendore beatæ  
Nunc nunc insolitus iuuat  
Ignes ducere flexibus,  
Nunc per coeligenum domus  
Nunc per terrigenum plagas  
Vibrare summo cardine  
Lucemque solo  
Lucemque salo.  
Nostis, SIENIAVIO micente  
Quantum sidera digmate,  
Nostis, Delia Sarmatis  
Quantis surgat honoribus,  
Nostrisq; tædis suppare  
Tædas Lechico  
Ceu axe paret.  
Dudum Coelicolum colit

Virtus

Virtus ardua cardines,  
Quam de SIENIA VIA domo  
Mauors Sarmaticus tulit  
Nostrisque fixam sedibus  
Cœcas voluit  
Ridere vices.  
Cedunt Dalmatiæ iugis  
Durati Proceres, ruunt  
Quos duris animat Pharos,  
Lagi marmoribus; viger  
Acuique robur dederit,  
Virtus statuit  
Quem sola polo.  
En nostræ decus orbitæ  
Cœlo fax Lechidum potens,  
Virtus quem dedit ætheri  
Poscit connubio nurum,  
Poscit maritæ fœdera  
Quam KROTONIA  
Stirps gente tulit,  
Vos ô siderei Duces  
Tœdas addite, fulgeat  
Vesta SIENIA VIVS face.  
Vestro Sponsaque lumine,  
Micent VIELENI Pergama  
Plausumque ferant  
Cantumque ferant.

## V A T E S.

**N**ON invita ruunt ad tantos sidera Cantus,  
Laeto signiferum sed linquunt ordine, gentes  
Sauromatumque petunt, bissenâ luce VIELENI  
Tecta coronantur, medio stat cardine Phœbe.  
Humanos (mirum dictu) cantusque chorosque  
Expediunt. Tantum potuit domus alta, vel ipsis  
Gnara, sonos hominum, concedere piscibus. Ergo  
Princeps, aurati cui velleris emicat ignis  
Dat cantus Aries, Phrixum discrimine quondam  
Qualibus erripuit, votis hic ætherea pulsat  
Gemmiferas & spondet opes, ac munera Regum.

G

ARIES.

## ARIES.

ILLVSTRISSIMIS NEOSPONSIS  
Phryxi spondet opes,



V C huc Mygdonijs beata gazis  
Tellus, huc Phrygia redux ab vrbe  
Puppis, quæ rabiem Ducis Pelasgi  
Gemmatis satias onusta conchis,  
Huc quos Assaraci timenda proles,  
Torques Dardaniis reuexit oris,  
Aut quas Sidonii potens Sichæi  
Coniux vexit opes, inauspicatis  
Quas heu Pygmalion souebat vmbbris.  
SPONSVM SIENIAVIÆ domus, nitente  
Auro cingat ouans Tagus, coronet  
Tibiscusque comam, sacerque Bœtis.  
SPONSAM KROTOSIÆ domus, metallo,  
Hermus condecoreret, quod in beatas  
Promit flammiuomo nitore ripas,  
Ganges gemmiferis potens arenis,  
Pactolo socius, lares VIEL ENI  
Brzezaniique fauens beet Penates.  
Aurum SPONSA sit, aureusq; SPONSVS  
Hoc nostrum vuet aureo nitescens  
Sidus vellere, vult ratumque Phœbe.

## VATES.

SIC Aries, vicina ciet mox gaudia Taurus,  
Taurus Agenoreæ Vector per cærula natæ  
Hic fortunas, ad Sponsæ patria, messes,  
Horrea, felici non liuens spondet aratro.

## TAVRUS.

DONA LABORATÆ CERERIS, VOVET.

C Ampana, plenis, horrea, fascibus,  
Frustra tumescunt, dum Cerealibus  
KROTOSIAM messes aristis,  
Russiadæ sociant coloni,  
Quamuis

Quamuis furentes Scorpius ætheris  
Flammas minetur, rorida Cynthiæ  
Lampas maritabit, latente,  
Sarmaticos, sine fraude, sulcos.  
Horrea Krotosiæ fœlix implebit arista  
Urget sidereo Taurus aratra iugo.  
Sicana cedat messis, & Hespero  
Exulta tellus, læta Trionibus,  
Quantumlibet nocente cœlo,  
Luxuriet, sine sole, gleba.  
Succensa nostris messis ab ignibus,  
Matura Phœbes lumine, suppares  
Sulcis aristas pollicetur,  
Quos patrio fouet igne Titan.  
Cedite Mœonidū, Lydorū cedite glebas  
Diuitior nostro messis ab igne venit.

## V A T E S.

**A**TOLLUNTGEMINAM, Ledæi, lampada, frātres,  
Pollux & Castor, duplīci gemmata canuntur  
Vota sono, multam sobolē vovet vnius, at alter  
Gratatur Lechicæ, Sponsi duo sidera, prora.

## G E M I N I.

S P O N D E T P R O G E N I E M Q V A S A R,  
matis ora triumphet.

**N**Ouit Tyndaridas Nereus, æquora  
Ledeam sobolem colunt.  
Horret Bebrycij littoris accola  
Tentatas temere manus.  
Gaudent Taygeti culmina, nauitæ  
Votis & precibus vocant.  
Tales SIENIA VIO Castoras, arduos  
Pollucesque vovet polus.  
Gaude KROTO SЛА vernans degēte Virago  
Inuideat votis pontus & æthra tuis.  
Virge Sarmaticos nauita remiges  
Lucent SIENIA VIÆ faces.  
Frustra sint gemini lumina sideris.

G 2

Sunt.

Sunt terris sua sidera.  
Cum consorte dabit SIENIA VIVS suā  
Optatum patriæ iubar.  
Nunquam prora Lechum, SIENIA VIO duce  
Mendaces scopulos time.  
Ad suprema Lechū fulgent carchesia lunę,  
Si potes indomitas exere Caure minas.

## V A T E S.

PROXIMUS haud mutas attollis carcine chelas  
Et pulsas citharam, qualem vix Thracia quondam  
Audiuit Rhodope quantumuis multa canenti  
Adfuerit vatis saeuā cum Tigride cerua.

## C A N C E R.

OMINA NON REFUGÆ PRÆ-  
dicit laudis.

Vot auspicio s̄epe Gradiuo viri  
Fregere lunas Bistonum!  
Quot in Gelonos arma strinxerunt, graui  
Mauorte nota Patribus!  
Illos Nepotum triste quo tandem scelus,  
Demersit vmbbris. Non obit  
SIENIA VIORVM clara virtus, Carcini  
Vrgere calles inscia.  
Non redit ad tenebras virtus SENIA VIA, Phœbe  
Illi⁹, refugas nescit habere vices.  
Æterna splendet Russici Phœbe soli,  
Rectoque victrix tramite  
Inauspicatæ noctis haud vmbras timeat,  
Nescit labores siderum.  
Hic trames vñus, tecta virtutis sacræ  
Qui monstrat, olli noscitur.  
Timete noctes, intulit K R O T O S I I S.  
SIENIA VWSKI Phœben sedibus.  
Tolle fatiscentes vmbras nox inuia, Cancri  
Non lustrat reduces luna Polona vias.

## V A T E S.

Tu

**T**V quoque lunari prognatus cardine, l<sup>e</sup>tos  
Ad lunæ plausus, socias, Leo iungere, voces  
Non renuis, vasto, temuerunt marmora, cantu,  
Nunquam Sarmatiæ visum, mirata, Leonem.

## LEO.

ARMA CLEONÆ O L A V D A T M E T V,  
enda labori.

**A**Rduus quondam, malè toxicatas  
Iecit audaci rabię sagittas  
Hercules, nostrum timuit, tremiscens,  
Pectus, arundo.

Tela non vicit æ Lechidum Diana,  
Horreat Thracum malesana Phœbe,  
Hæc vel audacem Nemees, fatigent,

Arma leonem :

Ite triumphantes per inhospita tesqua Diana,  
Iam tremit ad vestram Thracia sylua maum.

Farijunt nulli pharetram Cydones,  
Non bibunt ullis aconiton hydris  
Tela, quæ Thracum minitatur orbi  
Dextra SIENIA Vi.

Bistonus sœu æ timeant phalanges  
Induent neruo metuenda, S P O N S I,  
Tela, post nati, modo sed parentem

Horreat Ister.

Indue vel Lunas Asiatica Bellua, Phœbes,  
Nunquam, Sarmaticæ cassa, sagitta volat.

## V A T E S.

**A**T tu virgineos cantus, Astræa, VIELENI  
Moenibus, haud tenera moliris voce, triumphis.  
Exiliere tuis sublimia tecta, labori  
Æmula, vicinis responsat vallibus, Echo.

## V I R G O.

HORREO DONAT ARISTAM.

H

Fallor.

Allor, KROTONSIAE numquid inanibus  
Assurgit decus horreis?  
Nullasne dedit  
Mensis aristas?  
Nostro, sume Nurus latior, horreo,  
Spicam, Sauromatum potens  
Hæc innumerat  
Vincere messe:  
Gemmatam SPONSÆ virgo largitur aristæ  
O tali quantum messe beata nitet?  
Quanquam stelligero, fascis, ab æthere,  
Frustra KROTONSIAM petis,  
Lunæ socium,  
Quambeat, astrum.  
Errat, KROTONSIAE quisquis inania  
Retur liuidus horrea,  
Cui SENIA VII  
Sidera splendent.  
Horrea stelligero cernis mutata nitori,  
Horrea sidereis num meliora plagi?

## V A T E S.

S igniferi pars prima suos sic orsa labores  
Prælusit tantis maiori, læta triumpho.  
Altera sidereos, molitur ducere plausus,  
Elinguem fulcit sed cantu virgo bilancem.

## P R O L I B R A. IVSTITIAM ASTRÆA CANIT.



Nuicta tellus Lechidum, quantu potes  
Mauorte duro, iuris ac æqui librâ  
Tantum triumphas, fraude cum pulsâ, fides  
Regnat per vrbes, & triumphatum, doli,  
Premit catenâ, verticem.

Norunt beati Russiæ fines, amans  
Pectus bilancis istius, SIENIA VI  
Illustre lunâ, Russicis coecæ procul  
Exestæ fraudes, finibus, SIENIA VIA  
Librant bilancem sidera.

Quin

Quin & Polonos cardines, læto subit  
Astræa gressu, SPONSA dum KROTOSIA  
De stirpe, duplex Russiæ lumen, suis,  
Infert triumphans, horreis. ô quam pares

Lanx ista iungit dexteras.

Fucata virtus hinc procul, cedat sacræ  
Dolus bilanci, sponsus audaces premet  
Virtute technas, sponsa non imbellibus  
Fraudem lacertis deprimet, Felicior  
Libræ, nec astris stat locus.

## V A T E S.

SIBILATH ic etiam non vano scorpius astro,  
Liuoremq; premit, frustra stellata, nitenti,  
Signa molosse petis latratu, Cerne colentis  
Astra nepæ flammæsq; time cœliq; tuasq;

## S C O R P I V S.

### SIBILAT INVIDIAM CONTRA

**E**cquid furenti, Cynthiam, canis, contra,  
Ad surgis æstu? Fluctuante, quid Phœben?  
Contra Polonam, surrigis faces hirquo?  
Quid impotenti dente gemmeam lunæ  
Comam fatigas? Scilicet tibi Russi  
Cedant triumphi. Vidimus canes cœlo  
Cladem minari Thracios, nitens fregit  
Quos luna tandem. Verte te redux gyro  
Huc inde torto, verte vel nigro cœcos  
Sub Dite fluctus, deprimes sacræ nunquam  
Virtutis almas lampades, meis ater  
Pascare fibris, Chersydrus tuas nigro  
Potet medullas toxicō, feros addat  
Cenchræ liquores. Hisce pastus in uitram  
Relinque Phœben, en nouum, sacram, lumen  
Auget nitore, Cynthiam. Micant sponsæ  
Sponsique tædx, surge dentibus rursum  
Ciens orexim, fracta, crede mendaces,  
Gingiua, malas perluet prius tabo,  
Edentulasque lingua sentiet fauces,  
SIENIAVIORVM luna, quam ferat vulnus.

## V A T E S.

**A** Rcitens non vana Lechis canit omina, neruis  
Fatalem Geticis cladem minitatus, in arma  
Entheat inuictum SPONSI pectusque, manusque.  
Adplaudunt reliquæ, non vano murmure, flammæ.

## S A G I T T A R I V S.

ARCVM SIENIAVIÆ COLIT DIANÆ.



Vousque ceruas Lechiæ  
Canes Tyranni Bistonum,  
Crebris fatigant morsibus?  
Quousque damarum greges  
Eheu inultos, barbaras  
Pellunt in oras, arcubus  
Turmæ minaces, Lechicos  
Ecquid laceſſunt cardines?  
Impune ſequa Russiæ  
Impune regna Sarmatum,  
Sunt præda signis Thraciæ.  
Attolle viſtricem manum  
Iuuiſte S P O N S E, Cynthiæ  
Noſtriſque viſtorque arcubus,  
Viſe Getarum barbaras  
Telis cohortes. Horrea  
Sponsæ tuere, Russiam  
Qui viſit audax, ſentiat  
Quanto Diana Lechidum,  
Nisu, ſagittas turbinet.

## V A T E S.

**A** Ccipiunt omen læto clamore, VIELENI  
Quæ ſterant per teſta, faces. Iam corniger ignis  
Fausto ſidereos auget clamore triumphos,  
Ergo fortunæ pandit penetralia cantu

## C A P R I C O R N V S.

FORTVNÆ, LÆTA, PRECATVR,  
Munera. Cæſa-



Æsarum Regumque sidus Lechicas viso plagas,  
Lechidæ fauete plausu, nata mecum faustitas.  
Turbinet gyrata lætos usque plausus orbita,  
Capricornus fausta SPONSO fausta SPONSÆ nūtiat.  
Menitente, candidatas SPONSE luces exige,  
Me fauente, nil minacis signa lædunt scorpii,  
O beata, gens triumphos cuius vrgent sidera,  
Cynthiæq; fert amicam dexteram SIENIA VIÆ  
Ætheris globus nitescens. Sperne tetrica liuidæ  
Noctis umbras, faustitatis ver beatum nascitur.  
Rideant, ridente cœlo, Cynthiæ SIENIA VII,  
Æmuletur axis ignes horreum KROTONIÆ.  
Euge SPONSE, duc choreas, lætior surgit polus,  
Duc choros ô SPONSA, surgit lætior Phœbo dies.  
Horridos premat sub antris Aeolus Neptuniis  
Impetus Cauri, fauente surgat Eurus sidere.  
Bruma nostro cedat axe cedat orbe Lechico;  
Efferat Chloris, nitescens, iamque SPONSIS, lilium.  
Capricorni rideat astrum, læua cedant omina,  
Fausta SPONSO, læta SPONSÆ vota surgunt æthere.

## V A T E S.

**N**unc Puer Idæus Lechiæ quoque regna, merato  
Nectare perfundit, citimis funduntur odores  
Mœnibus, hic vrnæ relevatus pondere, cantus  
Orditur, quales trans patria Gargara quondam.

## A Q V A R I V S.



Vnt qui Thessalico perfusi rore, iuuentam  
Durant in æuum, detriumphantes dies,  
Sunt quos Ambrosiæ sulci per sæcula verno  
Fouent vigore, nec timent fati vices.  
Nectar KROTONIÆ nō poscunt horrea; SPONSI  
Phœbe perennat temporis ridens dolos.  
Virtus ambrosiam præstat, virtute triumplans  
Sidus, polari, durat haud impar, globo.  
Non cœcam fortuna manum nunc exere, quando  
SPONSIS beatos astra promittunt dies.  
Fallax præcipites haud fulciat orbita gressus  
Constante, Sponsos vise non mendax pede.

I

Candida

Candida mortiferi tendantur stamina fusi,  
Vtriisque canas vota dum spargant niues,  
Fas sit ut ambobus natos spectare nepotum,  
Auctamque patrum per nepotes gloriam.  
Nunquam SIENAVIO stat degener æthere sidus,  
Vrgent parentum posteri victorias.  
Ergo virtutis rorem, pro nectare sponsis  
Hæc vina fundit, hauriat Phœbe Lechum.

## V A T E S.

**A** Ther haud mutis habitatur piscibus. Ergo  
Squammatum, summos molitur, sidus, honores,  
Alternos mirata sonos Dictynna, VIEL ENI  
Incota iam recti, non suetam candida lucem  
Exerit, æquoreis applaudunt astra triumphis.

## P I S C E S.

NON MVTO RECINVNT SVA  
vota labore,

**D**E

Ethyos gentes habitata linquunt  
Regna, squamatis Thetidos colonis,  
Et choros gyrent Per inhospitales  
Concha Tritonum reboans arenas  
Nereo clusam cieat cohortem.  
Arduo pistrix animosa thyrso,  
Thyadum turmas superet, Lyceo,  
Æmulus Delphin repetat choreas.  
Coeca Minnalloneo concedat Bassaris æstu  
Euoë SIENAVIO littora muta canunt,  
Nerei quotquot ciet vnda fluctus,  
Gemmae nutrit quot amica conchas  
Ripa Nympharum; tibi tot nitentes  
Sponse det luces, sine nube, Numen;  
Cludit extremo quot in orbe gentes  
Æolus, SPONSÆ tot habere donet  
Numen optatos, sine nocte, soles.  
Perpetuent æuo, niueam, vernante, senectam  
Ambo, dum vitreas Pristis oberrat aquas.

VATES

## V A T E S.

**F**inierant, sabière nouo mox limina cantu.  
Postes prima petit læto Nymphæutria vultu  
Phœbe, cæsariem totis errare lacertis  
Passa, nec æthereos adstringens cornibus ignes.  
Hæc ad sidereos Procerum non læua triumphos  
Addit SIENIAVIAS haud vano sidere lunas.  
Sic Bissena, vagas præter, dum sidera, flammæ  
In tua SPONSE ruunt felici, gaudia risu,  
Euge virescentes læta de fronte corymbos  
Deripe, sidereus serium quo circinet orbis.  
Estis Io superi SPONSO dat stelliger hortus  
Rumpos, ac SPONSAM Falcato Cynthia cornu  
Ambit, & in Lechiam non segnis commeat æther.



# ZWIERNIADŁO CNOT MALZENSKICH.

3 przeszacnych Pań przykładów wyjętych tąż Młodz̄  
Collegium Poznanięskiego Societatis IESV, Tey Msici  
Paniey Sieniawskiey chetnie ofiaruie.

I.

A Læstis zrādōisia się ná smierc̄ ofiaruie postyskam̄ by od Apollinā, že  
Amaz̄ iey Admetus pewnie ymrzeć ma, iesliby go keo iemu rowny  
smiercia nie zastapił.

II.

Paulinā žonā Seneki, widząc że Małzonkā tyrānskim roskazaniem z za-  
ćięcyb̄ żył krew v chodži, ná takowaſſ się katornia podaie.

III.

Triaria mežā Vicelliusa miedzy Huscy nieprzyjacieliskiem zbroyna sámā  
nigdy nieodstaſitā.

IV.

Euádne ná ſtoſię ognistym, keorym Cápáneus Małzonek był palony, nis  
zamarſc̄ywby czolá, zgorzalá.

V.

V Sámnitow žadnej ržeczy w poságū, rylko porownanie enory w oblu-  
bieńcach nie wparrowano; tak dalece, že im keora Pánná wiekſe po  
sobie Cnory pokázowálá, tym godnieyſego Małzonká miálá.

V I.

Argia smiercia się odstráſſyć nie dálá, žeby zmárlemu Męžowi oprzy-  
stony pogrzeb, ſrodze od Tyránná zákazany, stárac̄ się nie miálá.

V II.

Tygránesa Krolá žoná, v Cyrusa Monarchy w poimaniu będąc, v ſolu ie-  
goj oká nán nigdy nie podniostlá, powiadáiac̄, że Małzonek iey Tygránes  
z pamięci wyniſc̄ niemogl, keory się ná więzienie y smierc̄ zá nie ofiarowat

V III.

Eduárdá Krolá Angielskiego syn w drodze do grobu Páńskiego, od  
Maurá smiertelnie zráníony, Małzonki ſivey, królewny Hyſpánskiy,  
lizaniem rány codziennym, ozdrowiał.

V X.

Abigail bácznym poſlepkiem, upadek bliſki, od wręzā ſwego odwróciłá.

X.

Jadwigá święta w dom nieprzyjacielski śmiele ſlá, žeby Małzonká poi-  
mánego, mądrością ſwą, bez żacięgów woicennych, mybámitá.

DE-

# DECAS HEROIDVM ILLVSTRISSIMÆ SPONSÆ OBLATA.

## I. ALCESTIS.

**P**RO Admeto Coniuge vitam ponere, lata contendit; cum responsa Apollinis, amicum eis audire imparem, adfuncti poscerent, si ipse lethi imperia, declinare vellet,

**A**dmeto Tripodes, feralia busta minantur,  
Par Regi, tetrâ, ni ruat ante, nece.  
Audit Alcestis: mox tristi, lata, Marito,  
O Coniux, inquit, non moriere prior.  
Funere te redimam nostro, te sospite, quamuis  
Mersa stygis domibus, tota superstes ero.  
Dixit, & adducto, rupit præcordia ferro,  
Intrepidamque manum, fortior vrsit amor.  
Totus Amor vixit seruato Coniuge, cuius  
Funere, vixisset dimidiatus Amor.

## CAROLVS GRUDZINSKI.

## II. PAVLINA.

**C**oniux Senecæ, cum Neronis mandato, venas Marito incisas cernebat, suas quoq; aperiri iussit. quæ, cum multâ iam vi sanguinis effusa, Tyranni imperio essent obseratae, vitam quidem illa, quamvis inuita retinuit, perennitamen vulcus pallore, suam in coniugali Fide, Vrbi Orbis Dominae, est testata CONSTANTIAM.

**I**Cruor, ut casto depletas sanguine venas,  
Testetur vinci non potuisse Nero.  
I cruor inq; mei Senecæ te viscera conde,  
Non alii poteris gratior esse loco.  
Heu dolor! immanis desiccat vulnera miles,  
Parce, iuuat, Senecâ, nos, moriente, mori.  
Aut nostrum, Senecæ pro sanguine, sume cruentem,  
Illius, & noster, nam crux vñus erat.  
Non facis? At faciam, cognoscat Roma, perire,  
(Sæpius ut morerer) non liquisse semel.

## MICHAEL WYRZYSKI.

## III. TRIARIA

**V**itellio Marito inter armatos hostium cuneos, semper adfuit, manu & pectore, tela hostium, à Marito propulsatura. Ita, etiam imbellies fæminas plusquam virili robore, armat, Coniugalis Virtus.

**Q**Vâ se cunque, ferox per tela Vitellius infert,  
Victricem, sociat fida Marita, manum.  
Penthesilea redux Phrygio, num venit, ab orbe?  
Thermodontiaco, vel sara Patre, Nurus?  
Fallor. Romanum, cingit stola candida, pectus;  
Vrget in arma, licet pectus inerme, Fides.  
Non, inquit, metuo, nec sentio vulnera, quoiquot  
Artibus infligit dura machæra, meis,  
Per latus hoc, si quæ contingent tela Maritum,  
Illa dolere mihi, vulnera sola queant.

**W L A D I S L A V S R O G A L I N S K I .**

**I V . E V A D N E .**

**C**apnea Coniugem, rogo impositum conficitata; Non, inquit, solus  
Cabibis in cinerem: & feralem pyram insiliens, circa gematum flam-  
mas pertulit, doloris vim, Marii memoria triumphante.

**I**Phias, extincti feralia busta mariti  
Insiliit, forti pectore, certa mori.  
Iam succensa strues attollit in æthera flammam  
At fugit, inuicto victus amore dolor.  
Quid gelidas inquit vomis improba tæda fauillas?  
Vrite, non timidæ coniugis ora, faces.  
Sidera, vestra fides, flamas non sentio; vincit  
Succensos, ardens pectore flamina, rogos.  
O amor,, ô coniux, meliori digna marito,  
Ni faceres, cinerem coniugis, esse pium.  
**A N D R E A S S W Y N A R S K I .**

**V . S A M N I T E S M A T R O N Æ .**

**V**Nus virtutis ratione habitâ, virgines filias elocare solita. Ut enim  
quaq; magis virtutis erat studiosa, ita digniori, & à virtute magis  
commendato Sponso, conueniebat in manu.

**B**Arbarus es, quisquis Samnitum barbara censes  
Pectora, vix Spartæ culta fuere magis.  
Hic si vernantigenalia serta corymbo  
Spectentur, **V I R T U S** Pronuba sola præit.  
Este procul veneres. Non hic thalamentria **F O R M A ,**  
Quam præceps tacito demetit vngue dies.  
Este procul multisinhiantia pectora gázis,  
**V I R T U S** Samnites, nam beat vna, nurus.  
I nunc, & tali Sponsas virtute nitentes,  
Aude Spartanis post posuisse, toris.

**C H R Y S O S T O M U S P O G O R Z E L S K I .**

**I V . A R -**

*V. ARGIA.*

**P**olynicem Coniugem Etheoclis fratri interemperum manu, Creonis imperio pradam datum canibus, nihil minas Tyranni verita, ritu vetero, post ultima verba, exussit. fortunatissimum, ad mariti cara pignora, monumentum optans.

**S**TULTE Creon, quid bella iuuant, post funera? Nunquid Palmati currus triste cadauer agent?

Quamlibet Argiuum concedant castra, triumphos Argiae virtus non dabit vna tibi.

En, ait, inuicto, tœdas animosa marito

Addam, vel cæsis artubus ipsa meis,

Nil enses metuo, fas sit modo busta morari,

Extinguat dulces ne craor iste rogos.

Subsedit coniux? nunc nunc nos vrite flammæ,

Vnus vt amborum sit rogus atque cinis.

*JACOBVS IASTRZEBSKI.*

*VII. TIGRANIS REGIS Vxor.*

**A**PUd Cyrum captiua, animo liberrima, coniugali Fide triumphatrix, nunquam Tyranni eius vultum intueri dignata: unum aiens coniugem suo obuersatum animo, qui vitam suam, vxoris incolumentati se post positurum, ante afferuerat.

**T**Emnis Achæmenium mulier captiua Toparcham?

An spectare tui Principis ora pudet?

Cernis quot frontem cingant diademata? quantum

Erret coccineis purpura viua genis?

Abnuit. Haud vllus tentet sine coniuge pectus,

Lumina seruantur casta Marite tibi.

Sic oculos absens tenuit, mentemque maritus,

Vni cui gestit casta placere Fides.

Tali connubio, gemino sub pectore, vernal

Vitam pro socio fundere promptus amor.

*IOANNES SCYZTNIK.*

*VIII. INFANS HISPANIARVM.*

**E**Duardi Anglorum Regis Filij vxor, Mariti, in peregrinatione ad sacrum sepulchrum, venenato Mauri gladio, sauciati, quotidie ex ulcere purulentum humorem exsugebat, solius amoris melle conditum; unde illi sanitatem, sibi immortale nomen peperit.

**P**Rinceps Brusigenum, Eduardus, peregrinus obibat; Saluifco Christi, sparsa, cuore loca.

Rex pius inficitur, medicata cuspide Mauri;

Nec potis est medicam, læsus, habere manum.

Sequit hians vulnus, ferri serpitque venenum,

Vxor amata, viri condoleat ista malis.

Inuenit ergo malagma nouum Regina marito;

Lingua pus lambit, virus & omne fugat.

Suscipe promptus onus fida cum Sponse,

Diuidias, caræ coniugis, vret amor.

NICOLAVS KONARZEWSKI,

IX. ABIGAIL.

Marii imprudens factum, prudenter solertia emendauit. Facta post  
Misteris ingens documentum, quantum ingeniosus amor coniugum,  
in aduersis aquæ prosperius valeat.

Quid video? rigidæ deponunt tela phalanges,  
Fœmina totne potest una tenere viros?

Daudis cessere minæ, cessere furores,

Viribus an Goliaz fortior ista nurus?

Infelix, bustum fuerat iam triste, maritus,

Coniux vicisset ni prior arma Ducas.

Armatum vicit mulier cum milite, solus

Qui Goliam nuda fuderat ante manu.

Præcingant alij muratis turribus arces,

Tutus erit, Coniux quem bene fida fouet.

FELIX WŁOSINOWSKI.

X. S. HEDVIGIS.

Henricum Mariam, aduerso Marte in Conradi Bohemipotestatem res-  
tinctum, & iam suorum repetendum armis, fortidum taxat obarma-  
prudentia, libertati restituit.

Stat Lechi rigidasque solo defigite quercus,  
Non mihi fraterno Marte Boheme rues,

Vincam Conradi, belli sine robore, pectus,

Stat pro te duras ferre Marte vices.

Tecum, vel pro te, non horreo compede stringi,

Carcer, obarmatam spectet amore Fidem.

O mulier, plusquam muliebri pectori, cessit

Dux tibi, non solitus cedere Marte viris.

Scilicet armarat Fortis prudentia, pectus,

Et tali, Martem subdere colla negem.

WLA'DISLAVS MANIECKI.

FINIS.



JANUARY.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0026721

